

# Carmen Nuptiale

*Nobiliss. Doctiss. Prudentissimoque*

S P O N S O

D. CORNELIO VANDER MILEN

Provincialis Hollandiae Senatus

Præsidis filio,

E T

*Nobiliss. Honestiss. Lectissimæque*

S P O N S A

D. MARIAE AB OLDENBERNEVELDT

Magni illius IOANNIS ab OLDENBERNEVELDT

Domini de Tempel, &c. Hollandiae

Advocati & Consiliarij primi, Ma-

gnique Sigilli Custodis

filiæ oblatum

ab

HENRICO NIC. MOVTHAEN Utrice.



L V G D V N I B A T A V O R V M ,

Ex Typographio Christophori Guyotij,

clo. 1o. e. III.

Canticum Nubiale

Yonk. T. B. T. magnificum

Sponsus

D. CORNELIO ANDER MILLEN

Providence Hollingsworth Scars

Priapus

E T

Yonk. Horatio. Tragical

Sponsus

D. MARIE AV. ORDENBERNARDI

Mariae filii Iohannis ap. Ordenbernardi

Dominus de Tempore &c. Hollings

Vivere & Conuersari punitur

Buiding. Sizilli. Cusque

etis opulentia

ap

Henrico Nic. Moatmann. Unde



Laudes et Gratias

Pat. Chrysippus Confessoris Clodio

et. I. e. III.

O  
G  
)  
Re  
Et  
Se  
Exc  
Vici  
Impe  
Ar  
Quo  
Van  
Am  
Spargi  
Selvam  
Statim  
Cordis  
Imagina  
Deliquit  
Solo mea


 scava fausta, bonaq; Haganis omnia!  
 Subrepsit unde nuntius sensim novus  
 Procul per orbis extimi obliquos locos,  
 Ubi gaudium letaq; mortales ciente  
 Ovationes & triumphos nobiles;  
 Et amnium secreta pars, & montium,  
 Et vallum, submurmurat, mugit, fremit:  
 Pectus salit mhiq; presagum boni  
 Noviq; quid portendat ignaro tamen.

Fallor, protervia an ipsa Cypripor propè  
 Obambulat, latusq; propter arculum  
 Gestat minacem, & tela multum stridula?  
 At ecce vulnera ruminat quondam data,  
 Recolit rotatum dexterq; sauciis,  
 Et igneo transacta ferro pectora;  
 Sed illa mente dum recenset integrâ  
 Exclamat, absisteréne me Dicspiter  
 Victum? legit repente bina spicula  
 Impeteq; magno lanat in gyrum latus  
 Arcumq; tendit: lentat impiger manum  
 Quo certius ferire posse, pervium  
 VANDER-MILI cor protenus torret face  
 Amoris, igniumq; vivaces modo  
 Spargit favillas, donec in flamman meram  
 Solvantur; astu qui soporo percitus  
 Statim sui obliviscitur, nec intimo  
 Cordis recessu tutus exuccis miser  
 Imaginationibus suffundiur,  
 Deliquio & interire sufficit miser;  
 Solo medetur usque questu vulnera,

4

Ipsi dolori sacra lamentatio;  
 Ni largiatur pectus huic Caui Deus  
 Tabificus exesurus agror corda, sic  
 Amor pusillus impotenter ustulat.

Hac dum geruntur saucij misertus est,  
 Salax Cupido gratosus in vicem.  
 Vulnusq; tamen haud vulnus ex cura pari.  
 Et non pari mitescet, ex telis apem.  
 Minister isdem porrigit quibus gravem  
 Prescit cicatricem; illud olim Principi.  
 Largitus est Myorum Achilles; impari  
 Parij, uterque promovent curam modo.  
 Pari, quod isdem spiculis curatio  
 Vulnusq; fit; sed impari, quod hic ex hic  
 Alter virum retineat alter innovet.  
 Non vulnerando sed medendo disperas.

Ergo sagittam defatigata legit  
 Puer Deus, quam nectaris succo ebriam  
 Agit in jecur MARIA at o castum jecur  
 Et impetis mentis arcanum sinum.  
 Et ossa protelo ipsa figit improbus.  
 Incauta virgo curam ut insuetam subit  
 Patitur racendo nec fatetur hanc sibi  
 Sic cura curam gignit & penitum magis  
 Flammam minatur. Ominatis hinc minis  
 Fatalis uxor proditur, qua saucia  
 Morbo imperita destinato, saucium  
 Signat maritum; qui sacer puero Deo  
 Parili calore exestuat: per Cypria  
 Incessat usque uterque & usque vulnera  
 Alterius alter facta per Deum bona  
 Rapina, rapta qua reducit mutuo  
 Utrique amore, quilibet rapit suum,  
 Felice damno colligens quod dissonum.

Sic

Eju  
 Mori  
 Dips  
 Piget  
 Major  
 Nolin  
 Officio  
 Vaco  
 Iiudem  
 Distric  
 Tamen  
 Horae  
 Quam  
 Vaco  
 Bonâ erg  
 Factorem

Sic certa tutis arma vibrat icibus  
Salax Cupido gratus in vicem.

Höruncce surdā fas silere barbito

Tadas jugales: omen avertat Deus;

Exigit honestas ipsa deductum melos

Tenui filo sit quamlibet, styli sui

Ne quis queat causare parcimoniam:

Dis cara proles Gratijs, & patrima

Dea, Deojs, Clario, & Trigis tribus

Danda in modum vox, Caius en primis sibi

Caiam datum iri Nuptijs stipularus est,

(Vieta sunt far usus & coenatio)

Sponsa dicatus pronubus nunc annulus,

Et trina dicta verba praconi sacro;

Abducet ecce virginem pactam domo,

Adducet ecce virginem pactam domum,

Iam Nuptijs solemnē dictus est dies.

Quid hoc novi? qui nuper unda Aganippidos

Eiusq; eram liquoris epoti satur,

Mores perosus improborum mastigum

Dipsade venenum qui maturant tetrius,

Piget, quod ipso me & livore barbaro

Major pedem recello facti paenitens:

Nolim putari me in labore desidem

Officio agendo parcus unde prædicer:

Vaco secundis, sicut & sponsus suis

Itidem vacavit, qui gravi quantum libet

Districtus occupationum turbine,

Tamen suis sublegit ille seris

Hora minutam sape portiunculam,

Quam rite clandestino amoris impari:

Vaco secundis Nuptijs, quies di favent,

Bonâ ergo fronte Sponse carmen excipe.

Fætorem olens & sordidatum pulverem,

*Affectus effectu amplior causam tenet.*

Trivium nihil spirare quicquam, vel leve,  
Vel despiciatum magna sed loqui decet;  
Tenellus aures afficit nihil sonus,  
Invat gravato spiritu pectus quat;  
Porgite mihi Di Conjugales non leves  
Cytharas Lyrasq; non macras Testudines:  
Porgite tubas sed arduas, sed tympana,  
Sed sistra, sed litui opus, omnigenum melos  
Sed perstrepenti splendidum crepitaculo.

Radiantiores more consueto faces

Produc ab alti tegminis cacumine

Qui summa ocello & ima lustras omnia,

Cum præpes albescenti equos subdit vagos

Matuta luci, tu proœctus igneis

Pernix rotis prævertere auroræ jubar,

Et insolenti concitus vertigine

Nota auspicatum Nuptijs diem fore.

Vultus tuos quid obseris ferrugine,

Bijugesque Phœbe flectis admisso retrò?

Resiste dum visure lecti gaudia,

Non Martis intricati aheno vinculo;

Non tauriformis, non oloris imagine

Absconditi, nec aurei catâ sinum

Imbris superbūm fraude rumpentis Iovis;

Non Herculiq; coalitas noctes duas:

Sed æviternis Nuptias aris sacras,

Quæis corda fausto vinciantur vinculo

Amoris æstia perpetim ferventia.

Cerebrosa diva summitates urbium

In arcibus qua regis & buc effer gradum,

Operâ tuâ peragenda res hac publica

Et priva, votivi accipe oris munia

Hoc Nuptiarum praesidens Palatioz

Arcere fas hinc improbos, probos nefas,  
 Quos moribus genereq; vita dispari  
 Facile queas in integrum discernere,  
 Nec prater ipsam virginem Virtutem ages  
 Delectum in his; fortuna nullibi locum  
 Melius frequentet, pauper & dives pari  
 Passu ambulent, quippe est beatus ditior  
 Craso bonis si parcus utier potest  
 Sibi, bonis sed interim frugi & bonus:  
 Augusta virtus pauperis fastum pati  
 Potentiorum posse, fortuna sua  
 Amplecti & aque prosperam & malam vicem.  
 Hac una modo citata cautio oportuit,  
 In ceteris tibi licet ut morem geras.

Iam Nuptiarum ponitur choragium,  
 Quod in profesis conjugi pactam fidem  
 Virtute multâ exordium pulchrè capit;  
 Sponsusq; despontataq; ex equo probi,  
 Utrumque laudat & suus satis pudor,  
 Propriè magisq; dirigit mores boni.  
 Puella pura est doteq; unctâ purior,  
 Filo venustra corporis, gestus trahens  
 Vel regios, decorum avitum colligit  
 Hinc inde crudæ competentem virginî,  
 Venantur emulum illices ocelluli  
 Quis ipsa sponsi corda duxit antijs,  
 Cetera nitore sic suo discriminat  
 Decus, ebori quod idem dat artifex manus,  
 Ut major ipsâ famâ & omnium fide  
 Inlesa putis membra sint elegantijs.  
 Hac sorte felix ter quaterq; & amplius  
 Sponsâq; tali macte sponsé, sidera  
 Favere presso te videntur pollice,  
 Sanctis tholis suspensa qui donaria

Prosper locasti, quiq; vindice attere  
 Fers omne punctum, fabulataq; haec tenus  
 Vulgo novellà comprobas rerum vice,  
 Toties vocata dum dies præsens adest,  
 Votisq; multis expedita deperit  
 Viridissimo te casta flore puerula:  
 Felix dies quo liberam curis eam  
 Puer face ardita inivit primitus;  
 Felicior sed hora quâ medullitus  
 Vorasti amorem & hanc tibi Caiam bonam  
 Abunde delicatulam, tenellulam  
 Votis cupisti allabier probè improbis;  
 Quinimmo felicissimum punctum tuis  
 Hanc irretitam quo fovebis brachijs,  
 Tuum palatum ad quas diu est factum dapes.  
 Hâc sorte felix ter quaterq; & amplius  
 Tuoq; sponso macta sponsa, ramulis  
 Sertisq; frontem laureatis obrue,  
 Litasti honesta postulans feliciter,  
 Tibiq; clarum splendet aquor etheris;  
 Gravibus periclis functa tutor secas  
 Litoris arenas, ut abiegnis palmulis  
 Vada salsa turbasti, attamen beatula  
 Paphias per undas nasse tuto diceris,  
 Nodisq; sponso copulata adamantinis  
 Rerum cui pleno alma cornu copia,  
 De lance magna dexter ille itidem dare  
 Ut tu potest, quin ipsius pectus coquit  
 Generosum honestum, nobilis suada & lepos  
 Fibrisq; in imis est comes sapientia,  
 Cnidysq; nodis sueta scribi antiquitas.  
 Tu diva spumis que sali genitalibus  
 Edita gubernas filium, que dirigis  
 Hunc quo libido impellit auspicior,

Voto fave jugali, ut his nuptis novis  
 Fide perennet gaudium faustissimā:  
 At preter unam noctis hinc rixa exulent,  
 Cornicula esto & invida invidia procul,  
 Mens mæsta, cura crebrior Domestica,  
 Metus tremorū, lis avarior foris,  
 Lachrymaeque mordacesq; sollicitudines,  
 Et si quid uspiam ominosius siet,  
 Exeste quēs non esse præsentes licet  
 Toro marito, vos & Auster imbricus  
 Laxisq; portet Africus retinaculis  
 Inter vadosos gurgites cæci maris.

Salvete vos Di conjugales catéri,  
 Genus Monetae splendidum dia Deæ,  
 Nexusq; Diva tres ligatæ complice  
 Bene candidatis innubis precamini:  
 Et vos quibus cura est cubilis intimi  
 Tabulata casti lautiora lectuli  
 Ornate, olivo syrio uti madeant probè,  
 Et flore stactæ laureoq; & myrteo,  
 Sicanā ut illa merce liberaliter  
 Mercator inquilinus ad nos advehit;  
 Aulae rerum Belgij statu illita  
 Dependeant æque aureis parietibus.  
 Tu Proma-conda rite procura penum  
 Dum ventilantur fortiter carchesia,  
 Merum culullis inditumq; transfilii.  
 Insignis auro Iōpa amaranam concute  
 Cytharam Lyramq; verūm uti solidum crepente,  
 Leves choreas virgines ducent sui  
 Lateribus invicem procī clausis, modo  
 Ut erg; dextris liber in numerum strepet.  
 Hac trita dudum jam satis, recolligo

Mentem solutam pruiente spiritu,

Novella nupta de tuo certansen est  
 Pudore, qui pro parte nunc tantum tuus  
 Quartā est, parentum sunt item quartæ due,  
 Reliqua mariti portio, servat sibi,  
 Manūsqz in hanc injectio est, hinc cum volet  
 Cudetur isthac in caput tuum faba.  
 Hymenae Hymen, Hymenae Hymen, Hymen, Hymen  
 Rape hinc puellam matris ē gremio bonam,  
 Caiogz da suo oppido bonā alite,  
 Ut sese amore mutuo revinciant.  
 At dignus ille gloriā quali dies  
 Quo prima suxit Hymen Uranie ubera,  
 Mutuiter ex hoc omnium sunt glutine  
 Venerisqz visco delicato pectora  
 Transfossa telis aurei Cupidinis  
 Prodi novella nupta, prodi, jam tuus  
 Suam manet maritus, & manes tuum,  
 Prodi, cupidinīqz vestra inserviens  
 Vafra ne noctis deseras vadimonium:  
 Male odit hanc severitatem tetricam  
 Caius tuus, tenacitatem & prodigam,  
 Iucunda finem quippe mox necessitas  
 Claudet, quid ergo ludis hunc longā morā:  
 Movebis illi vitream biles, cave,  
 Nil auspices morare, at una cura sit  
 Intrare lectum, servidum hunc facere, dare  
 Operam operi ne Davus ullus irruat.  
 Iam prodit ecce nupta, quam vincit pudor,  
 Velata sumnum flammeo tenui caput,  
 Inclusus & socco en pedum par luteo  
 Hymen Deus pratendit auream facem;  
 Pretexta quin roga patrimos & matrimos  
 Tres cingit, unus cereum laetus puer  
 Luctet, puellam cateri dicunt domum

Aly

Alij colum lanamq; eum fuso locant  
 Et stamine, & de fonte puro undam petunt,  
 Ignemq; nuptus fert novus raptum è foco,  
 Propinquat ipsa nupta & ecce languidos  
 Transfert beatum plus quater limen pedes,  
 Adipe lupino tacta postes insula  
 Quaerit, viretq; fronde molli janua  
 Cumerum Camillus egeritq; utensile.

Atat maritum virgo jam scandit torum  
 Docenda verba nupta, conlocant èo  
 Hanc pronuba unde mater exibit cito,  
 Sponsusq; fulcra tangit, atqui postea  
 Franget simul cum exceptus hospito sinu:  
 Valedicit interim ille Sponsis alteris,  
 Aliud paratus aggredi vita genus,  
 Nucesq; pueris spargier curatum abit  
 Intentiores queis legendis perstrepan:  
 Thyasius puellaris Hymeneam concine,  
 Modulisq; carmen divide instar clasici,  
 Ne forsan audiatur argutatio,  
 Movente Sponso signa dum dulcis ciente  
 Simulachra belli. Cedite intacta hactenus  
 Vos virgines quibus advenit similis dies,  
 Gerenda paucus cetera hic sunt testibus,  
 Solum cubile & lectulus morabitur  
 Tatum fidelis premium silentij

Attigeris tram ut Sponse sospes hospitata,  
 Gremioq; fusu incubabis lectulo,  
 Potieris opiatu & frueris otio:  
 Tum purpuratis mollicellisq; labijs,  
 Ocellulisq; Cyprijs, castis genis,  
 Papillulisq; lacteis & ceteris  
 Plurima columbatim ingerenda vulnera,  
 Et expetenda vero avara basia,

Quid expetenda? ferre si nolis rape,  
Rapienda centum basia, & centum altera,  
Et tertia hinc centum, hincq; centum millia,  
Rapienda plura lege qua certa carent.

Hac ergo prætervectus aquora, manfragi  
Quod restat arripe fluctuante spiritu,  
Non vestra limis uris oculis commoda  
Male feriatus hostis, at curatio  
Expenditur tibi, ut volupe sit para,  
Fortuna fortis tantum & audentes juvat,  
Et ecce castos flamma solvit pronuba  
Sinus, & arctam Hymenau Hymen Zonulam.  
Miser labascis? nuper ausus Herculis  
Bellum movere pallido metu cadis?  
Et ipso olymbo invidit Anchises Deam,  
Triviamq; furtim saxa ducunt Latnia.  
Moraris ergo vinulam venustulam  
Quantum potes loquela amica proloqui?  
Moraris? aude, pressius sine ambitu  
Suaviantes invicem osculamini.  
Verè cluit mens sana despere in loco,  
Quippe nisi eas te perditum nota via  
Tua servitus perennis est magno malo,  
Majorq; quovis igne natura focu.  
Spatium per omne vita amantes invicem  
Detur perire posse perditissime,  
Ut oggerant se in amore neviquam more,  
Mammas tatas sed barbarum frictinniens  
Senium minuta turba facundum levet,  
Videatis usq; dum simul natos patres,  
Natisque matres, qui nepotes procreent,  
Generisque magni prorogenit propaginem.